

**2011 NJCL
LATIN ORATORY
Levels ½ and I**

"Rōmānus sum cīvis. Hominēs mē Mūcium vocant. Tē hostem occīdere cupiēbam. Mīlitēs tuōs nōn timēbam. Nunc mortem nōn timeō. Rōmānī vim hostium nōn timent. Multī sunt Rōmānī mihi similēs et parātī id facere, quod ego facere nōn poteram. Semper igitur cīvēs nostrōs timēre dēbēs. Bellum contrā nōs geris nōn solum in castrīs, sed etiam domī, ubi hostēs occultī tē petunt."

"Mucius to Porsenna," *Latin for the New Millennium*, p. 192, lines 1-6 (abridged)

"I am a Roman citizen. People call me Mucius. I wanted to kill you, my enemy. I was not afraid of your soldiers. Now I do not fear death. Romans do not fear the strength of their enemies. There are many Romans similar to me and ready to do that which I was not able to do. So you always ought to fear our citizens. You wage war against us, not only in army camps, but also at home, where hidden enemies are looking for you."

**2011 NJCL
LATIN ORATORY
Level II**

Sī nihil aliud nisi dē cīvitāte ac lēge dīcimus, nihil dīcō amplius, causa dicta est. Quid enim hōrum īfirmārī, Grattī, potest? Hēraclēaene esse tum ascrīptum negābis? Adest vir summā auctōritāte et religiōne et fidē, Mārcus Lūcullus; quī sē nōn opīnārī, sed scīre, nōn audīsse sed vīdisse, nōn interfuisse sed ēgisse dīcit. Adsunt Hēracliēnsēs lēgātī, nōbilissimī hominēs: huius iūdicī causā cum mandātīs et cum pūblicō testimōniō vērunt; quī hunc ascrīptum Hēraclēae esse dīcunt.

Cicero, Prō Archiā Poētā, IV.8.

If we are saying nothing else except about citizenship and the law, I speak no further; the case has been presented. For what of these points can be undermined, Grattius? Will you deny that (Archias) was enrolled (as a citizen) back then in Heraclea? There is present her a man of the utmost authority and scrupulousness and faith, Marcus Lucullus, who says that he does not think, but knows, has not heard, but has seen, was not just present, but conducted the matter. Ambassadors are her from Heraclea, very renowned men. They have come for the sake of this trial with orders and with public testimony, who say that this man was enrolled (as a citizen) in Heraclea.

**2011 NJCL
LATIN ORATORY
Advanced Level**

Atque īdem ego contendō, cum ad nātūram eximiam et illūstrem accesserit ratiō quaedam cōnfōrmātiōque doctrīnae, tum illud nescioquid praeclārum ac singulāre solēre exsistere. ... Quodsī nōn hic tantus frūctus ostenderētur, et sī ex hīs studiīs dēlectātiō sōla peterētur, tamen, ut opīnor, hanc animī remissiōnem hūmānissimam ac līberālissimam iūdicārētis. Nam cēterae neque temporum sunt neque aetātum omnium neque locōrum. At haec studia adulēscēntiam acuunt, senectūtem oblectant, secundās rēs ōrnant, adversīs perfugium ac sōlācium praebent, dēlectant domī, nōn impediunt forīs, pernoctant nōbīscum, peregrīnantur, rūsticantur.

Cicero, *Prō Archiā Poētā*, VII.15 and 16

And likewise I maintain that when a certain reasoning and shape of abstract studies joins a lofty and brilliant character, then something outstanding and unique is accustomed to exist. ...But if such great intellectual profit as this were not what we are proving, and if entertainment alone were being sought from these pursuits, nevertheless, as I think, you would judge that this mental diversion is the most enlightening and refined. For other diversions are (appropriate to) neither all times nor all ages nor all places. But these pursuits stimulate our youth, amuse our old age, enrich prosperity, offer a refuge and solace to adversity, delight us at home, do not get in our way outdoors, spend the night, travel, and go to the country with us.